

doque ponuntur pro incolis ac civibus Israëlitis, ut Ez. VI, 2. 3. xxxvi, 1. Mich. VI, 1. 2. item pro regnis imperiisque potentissimis Psal. XLVI, 3. 4. Jer. LI, 25. speciatim pro regnô Davidicô Psal. xxx, 8. Proindeque non inconcinne David suam exprimit hac ratione sollicitudinem, quâ ab hostibus veluti circumvallatus, anxie suos circumgyravit oculos, num ex hōc illōve monte propinquiore copias conspiciere posset succurrentes, num in hōc illōve monte vexillum fortè erigatur ad colligendos eò milites; (vid. Jof. XIII, 2. XVIII, 3. Jer. IV, 6. &c.) Eò igitur respicient, prolatis simul verbis interrogatoriis: unde venit auxilium meum: verum frustra, expectatis hominum suppetiis, propriâque deprehensâ vanitate, mox se emendans responderet sibi ipsi: *auxilium meum à Dominò &c. vers. 2.* Ita fermè Cajetanus populum arbitratur manifestare animum suum recurrendi ad principes mundi pro auxiliò contra hostes, ad similitudinem hominis, in campis suppetias transmontanorum, expectantis, paulò post: *ita humani potentatus ob suam celsitudinem sunt sicut montes respectu aliorum.* Possent etiam speciatim hîc accipi Montes illi, qui ob sacrum cultum Davidis tempore erant celebratiores; siquidem non tantum in monte Zion, verum etiam in Excelsis factæ tunc oblationes, 1. Sam. IX, 12. 13. 19. 25. 1. Par. XVI, 39. 40. XXI, 29. 2. Par. I, 3. 5. &c. Adeòque mens Davidis fuisset; passim sollicito loca cultûs divini publica, opemque anxie inter precandum aut post preces expecto, dicens; *unde ergo advenit auxilium meum? quorsum illud Psalm. LXXXVII, 1. fundatio ejus quorsum illud Psalm. LXXXVII, 1. fundatio ejus קרש ביהררי in montibus sanctis: Psalm. XLIII, 3. lux tua & veritas tua deducant me ad montem tuum sanctum.* Ita Lutherus de Sion in plurali, vel ob reverentiam, vel quia Moria & Sion contigui. item Belgæ. Verum expositio prior videtur commodior. Refero tamen etiam aliorum alias, v. g. [a] *ad montes*; i. e. super montibus constitutus circumspicio. ita Stephanus, Bucerus, Calvinus, Campensfs. (veluti stans in monte.) ita Kimchi ליהררי pro על positum probat ex Ezech. XVIII, 6. הרים אל super montibus non comedit. item Glassius l. 3. tr. 6. can. 5. p. 498. vide de ליהררי pro על Psalm. LXXIX, 6. [β] interrogative: *attollamne oculos meos ad istos montes, ut unde venturum sit auxilium meum? imo &c: ita Piscator & Junius.* [γ] montes de Scripturâ Sacrà multi Patrum. [δ] alii de Christò. vide Galat. I, 5. c. 28. [ε] de cœlestium curâ, vel de cœlò ipsò Vinarienses, ut Psalm. III, 5. CXXIII, 1. In cœlum, ad angelos, Arnobius. [ζ] Coccejus h. l. & de ultim. verb. Mos. §. 1589. de regnis mundi circumstantibus expugnandis, in quibus Davidi piisque promissa hæreditas, &c. Ita de magnatibus mundanis, Gesnerus. de regibus gentium R. Obadia. De præsidiiis externis Arcul. quicquid robor & præsidium continet, Wigan. Quàm ineptè autem Eccius Papistæque alii per montes intellexerint SANCTOS invocandos, docet Gerhardus. t. 8. I. L. de mort. §. 463. (videlicet ii in V. T. non invocati: oculi ad limbum deprimendi fuissent: auxilium à Deò, vers. 2. &c. ipse Gerhardus per Montes intelligit eos, in quibus Jerusalem & templum sita, quò orantes se convertebant: ) Kircherus usu concor. 1. exem. 8. Mornæus de euch. f. 505. ubi etiam Patrum sententiæ prolixè allata.

unde: ) hōc interrogandi significatu præfens ין (quod in præsentē structurâ affine est

A תן ין quò, quorsum, licet alias negativum sit Non) cum præfixò (ו) occurrit Genes. XXIX, 4. fratres mei, ואתן ין (Jacob ad pastores Laban: ) cap. XLII, 7. ואתן ין unde venistis? Numer. XI, 13. ואתן ין unde mihi caro? Jof. IX, 8. quinam vestis, ואתן ין venistis? Jud. XVII, 9. ואתן ין unde venis? c. XIX, 17. quorsum vadis & unde venis? 2. Reg. V, 25. unde Gehazi? c. XX, 14. & Jof. xxxix, 3. ואתן ין & unde venerunt ad te? 2. Reg. VI, 27. ואתן ין unde suppetias tibi feram? an de areâ? Job. I, 7. ואתן ין venis? c. XXVIII, 12. unde sapientiam invenies? vers. 20. unde sapientia veniet? Jon. I, 8. ואתן ין unde venis? Nab. III, 7. unde consolatores quæram? Unicus fermè absque interrogatione succurrit locus Jof. II, 4. nescivi, ואתן ין unde venerint (exploratores.) Ex quâ inductiōne colligimus, etiam hîc oculorum sciscitantium elevatione quæsitum quasi fuisse auxilium: undenam prodit illud? quâ etiam ratione Lutherus olim: von wannen wird mir Hülffe kommen? imò præfens quoque versio nostra facile eò inflecti posset; Von welchem (Berge) kommt mir Hülffe? quanquam si citra interrogationem sumserimus, commodè referri queat ad montes sanctos, h. m. in anxietatibus meis levavi oculos ad arcam fœderis locosque alios excelsiores sacros, ut pote UNDE meum venire scio auxilium: imò planius, *auxilium meum est ab ipsò Dominò &c. vers. 2.*

EXPLICATIO VERSUS II.

אניני auxilium meum: ) per anadiplosin repetitur vox proxima, sicut Psal. XCIII, 1. XCIV, 23. XCV, 6. XCVII, 4. 5. CIV, 1. CVI, 7. CXV, 14. similia habuimus exempla. Simul verò ex præcedente versu repeti potest verbum: ואתן ין venit vel venire solet:

עושה factori cœli & terræ: ) latet hîc fiducia fundamentum, infinita nimirum Dei opitulantis potentia, bonitas ac sapientia, quæ in Creationis præfertim opere manifesto omnibus innotescit mundi incolis. Similem vide fistitulum Psal. CXXIV, 8. CXXXIV, 3. CXXXVI, 5. 6. CXLVI, 6. XCVI, 5. qui ipse fictitiis gentilium numinibus potenter opponi solet. Simul verò terra cœlique mentio opponi videtur montibus, modò memoratis vers. 1. q. d. non tantum montium insigniorum, verum totius terrarum orbis conditorem spero mihi suppetias laturum.

EXPLICATIO VERSUS III.

אניני non: ) cum alias prohibitiva sit hæc particula, ne, simpliciter tamen h. l. negat, ut Psal. L, 3. non tacebit; Prov. xxviii, 27. אניני non retinebunt eum. ita Aben Esra. Sine causâ proinde Junius & Piscator reddunt: ne permittat queso timoveri.

יתן dabit: ) i. e. permittet vel concedet. hōc in significato verbum יתן habuimus Psal. CXVIII, 18. morti non יתן. item Psal. XVI, 10. non יתן sanctum tuum videre corruptionem: Psal. LV, 23. non יתן in seculum ל צדיק שיט fluctuationem justo, vel non sinet vacillare justum.

למוט ad nutationem: ) vel secundum Pagninum: in commotionem, h. e. non permittet nutare, vel cum damnò tuò commoveri aut corruiere pedem tuum, non concedet te tentari supra tuas vires; vide eandem hanc phrasin Psal. LXVI, 9. ואתן ין למוט רגלנו item, quæ diximus Psalm.